



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

7. Choreæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

& confiderato feandalo, quod forte detur; gravitatem, levitatem culpæ dimittit. Qua in re ſtrictè loquitur Boſſius *l. c.* num. 8. dum abſolute dicit, Choreas agere in Eccleſia eſſe peccatum mortale, ſicut nimis laxè loquuntur aliqui, apud Boſſium *l. c.* dum aiunt abſolute, non eſſe mortale: Ita Sanch. in *confiliis* *l. c.* cap. 8. num. 22. ex Lopez, nam ſecundum meſuram irreverentiae, & qualitatem Chorearum, definienda erit & culpa.

6. In Clementina de *statu Monachorum*, cap. 2. dicitur de Monialibus: *Non Choreas, non fecerit secularium profectum*; non videtur imponi profectum, sed ea monentur juxta sana consilia: neque enim Moniales inter se foret ex aliqua occasione putas Choreas agentes; etiam ob recreationis gratiam, audeo de peccato mortali condemnare quamvis profecto digna sit culpa quæ severè à Superioribus castigetur.

§. VIII. *Ornatus.*

1. **H**Vc Ornatum mulieris reduci curiosus Lector
vult; huc ergo reducamus.

Nomine ornatus intelligitur omnis cultus mulicbris per pigmenta, & comam apposititiam, per intortos capillos, per pectoris nuditatem, per ornamenta aurea, & gemmata, per novas vestium formas, præsertim si quæ insinuantur supra statum, vel præter receptam consuetudinem. Ita Lessl. l. 4. c. 4. dub. 14. n. 105.

2. In hoc ergo certum est: Primo, sine peccato posse queri ornamtu corporis ad bonum finem, non solum scilicet ob necessarium corporis tegumentum, sed etiam ad sui status decorum, nimirum vt pro conditione sui status, honorifice quis prodar in forum; enim est laudabile, & recte rationi consonum. Contrā, certum item est, cum euidenti peccato mortali eundem Ornatum queri, si ob finem grauer malum, quicumque is sit, conquiratur: v.g. vt quis adulteret, vt turpiter concupiscatur, &c. id quod probatione non indiget. Ita *ibid.* num. 106.

3. Certum est secundò, si se ornet mulier matrimo-
nio juncta, vel ad id aspirans, ut Viro placeat, vel ut
Virum nanciscatur, nihil peccare: Ita *ibid. num. 108*.
Ratio est, quia hic finis, cum honestas sit, satis hone-
stam illi ornemento causam præbet.

4. Certum sit tertio, mulierem etiam illam, quae nec nupta est, nec nuptias intendit, imò & adolefcentes, & viros, si se occurrunt, non vt ab aliis turpiter concupiscantur, sed vt censentur inter pulchros, & laudentur ut pulchri, non peccare mortaliter. Ita *ibidem* num. 109. ex S. Thom. Caiet. Boff. Ratio est, quia id non continet gravem deordinationem, sed ad summum vanam quandam gloriam coram hominibus.

5. Remanent ergo duæ difficultates: Prior, An accessus in hujusmodi ornatu sit ex se mortalis? Posterior, An saltem sit mortalis ob scandalum, quia nimirum Mulier sic ornata causa est, vel occasio ruinæ spiritualis multorum.

6. Quoad prius, assero cum D. Thom. 2.2.9. 169.
art. 2. ad 4. & Caletano *ibid.* non esse nisi veniale ex-
cessum Ratio est, quia excessus in appetitu & Animi rei
per se non male, non est nisi veniale, vt patet in excessu
cibi, potus, diuitiarum, &c. qui non est ex se mortalis,
nisi ratione gravis nocuenti, quod aliquando inferret.
Sed in casu nostro non est nisi excessus in conquirendo
nitore, pulchritudine, cultuque corporis, &c. que non sunt
ex se mala, sed indifferencia: ergo &c. Adde; Peccatum,
vt sit mortale, debet esse graviter contra charitatem Dei,
vel Proximi; vel sui ipsius: id quod non est inuenire in
casu nostro.

7. Quoad posterius, assero, de eo tam bene cordate, ac sapienter scripsisse nunquam satis laudatum, Lesium, *ibid. num.* 112. & 113. vt iudicem hinc sufficere, si illius doctrinam ad verbum exscribam: Scio Albertum Alberti, fuisse de ornatu mulieris aliquid scrupulosius

disputare; sed me juvat Lessium sequi benignioris
 Porro, ait Lessius, in excessu istius ornatus esse peccatum
 mortiferum per accidens, ratione alicujus pravitatis
 nexte.

Primo ratione mali finis, ut si fiat animo perturbato. Ratio

Secundò ratione præcepti positivi; ut sit talis excessus, ac
esset vitiosus aliqua lege, sub pœna excommunicationis, vel pœ-
ne servaretur.

Quod si lex non habeat annexam poenam, vel saltem non sit
non gravem; non erit plusquam veniens: imo creditur, quod
plerasque Leges Civiles, de hujusmodi, quae passim in
locis habentur, esse solum poenales, & obligare tantum
multam.

Tertio, ratione scandali, ut si quis videretur, adde tenuis, vel ita conformata, ut per eam pudenda non
tū regerentur: id enim iudicio morali, non ita esset pū
tudine ostentare, quàm homines directè ad libidinē

Secius est, in nudando pectore, vt Caietanus, Firmus,
Navarrus notant, & praefatum, vbi est ea consuetudo, ut
pars illa honeste censeatur, nec nuda, aut pudor tam
potius illam absolute tegi. Grave tamen peccatum
in iusmodi morem introducere, ubi id non est consue-
tudo, etiam magis movetur; & res ipsa merito ob-
scena, etiam vbi recepta tanquam illicitum libidin-
is, & abrogata vbi Doctores morant.

Notandum tamen, non ex eo censeri ornatum scandalum, quod multis occasione illius putentur ad prava delicta provocandi; v. rellé pradielli Doctores traditionales, quin etiam pulcherrimo naturalis scandalosa esse: nam multo magis provocat, quàm artificialem ornam. natura libi superet item, itaque etiam si femina putet aliquot peccaturos, non tamen idcirco sub peccato mortali tenetur id ornatum dimittere. Sicuti si qui à multis odio habetur, non tenetur à publico abstinere, v. inimicis non debet recedere. Ratio est, quia ornatu esse solum remota ad peccatum provocat, ergo non tenetur ab eo abstinere, ne aliis peccatis, aliocui perpetuo abstinere deberet (sic illa occasio se peccet, & universalis) quod nimis grave esset humanitati. Sufficit igitur, ut ei peccatum proximi displiceat, & illius salutem non contemnat. Et Confirmatur quia qui illi peccet, ex eorum provocante realitate, non ex causam ornatu: sicut enim circa hanc peccant, ita etiam circa alia ex exterie pulchritudinis: atque id quod ex aliorum malitia provenit, non tenetur cum tanto gravamine nisi impedire. Secus, si aliquo casu ad breve solum tempus peculiariter periculum alicujus abstinendum esset: Hanc limitationem non ponit Diana p. 2. tract. 1. sc. 36. c. 6. si ornatu sit superfluous, & maximus, modo sit secundum morem Patriæ, & de se non sit quasi provocativus ad malum. *¶* Item enim Caritas postulat, v. pro eo tempore talem ornatum superfluum omittam, si ne proximi, si aliquem putam non peccaturus, inde peccandi occasum non habeat.

Hæc Lessius, qui etiam *num.* 114. notat ornatum, si
vsum vestis alicui sexus, non esse intrinsecè malum; ve-
de ob causam justam fieri posse, v.g. si alia desit, si opor-
sit se occultare ab hoste, si fiant repræsentationes, &c. et
levitate id facere, esse solum veniale, jure fatetur.

Vide denique *superius*, l. 5. c. i. §. 4. n. 27. ubi notavi-
tionem, cur non liceat Puellæ se ornatam in conspe-
ctum amafij consultò dare, ut conspiciatur.

CAPVT IX.

*Discutiuntur duo dicta Caramuclis in materia
Luxurie.*

De tertio Dicto vid. lib. 10. cap. 7.

1. **P**rimum dictum *en reg. S. Ben. num. 1013.* est huius
modi: *Infero peccantem cum virgine sodomitica*
Primus